

Band I., Nr. NA, Seite 407

Richbold gibt zur Kirche des Hl. Leodegar im Elsaß (Abtei Murbach) Güter an genannten Orten.

Murbach, 760. August 8.

Sacrosancte ecclesie que est constructa in pago Alzasensi in honore S. Leodegarii, ubi vir Baldobertus preesse videtur, ego Richboldus dono, donatumque esse volo ad ipsam casam res meas, tam in Alamannia^a . . . in villa que dicitur Cachinga¹, sitas super Danubium fluvium, quam in villa que dicitur Zozihuhus² et in Chresinga³, quod in ipsis locis visus sum habere seu habeo, quod pro anima germani mei Welponi visus sum dedisse, hoc est, tam pratis, casis, mancipiis, aquis, aquarum decursibus, pecuniis, jumentis ex utroque sexu, mobile et immobile, vel omne quod nominari potest aut dici, vel ad ipsa loca aspicere videtur, exquisitam porcionem meam et porcionem germani mei Welponi in omnibus ad ipsam casam, superius nominatam, de meo jure in ejus dominacionem a die presenti trado atque transfundo, ita ut quidquid exinde rectores ipsius ecclesie facere voluerint, possidendi, commutandi pro utilitate ipsius ecclesie liberam in omnibus ac firmissimam habeant potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, ego, aut ullus de heredibus meis, vel quelibet opposita persona que contra hanc donacionem, manu mea firmatam, venire temptaverit, aut, ut repetat, steterit, non valeat vindicare que requirit, sed insuper inferat ipsi case duplum quantum requiret, et una cum socio fisco auri libras duas, et nichilominus donacio ista omni tempore firma et inviolata permaneat.

Actum Morbach publice, VI. idus Augusti, anno VIII. sub domno nostro Pipino rege. Signum Ricbaldi sive Benonis, qui hanc donacionem fieri et firmari rogavit. + Signum Manfonis, + signum Mangari, + Rickbaldi, + signum Manganperti, + signum Milonis, + signum Badonis. Ego Ermpertus lector scripsi rogatus.

Der Textabdruck erfolgt nach Schöpflin: *Alsatia diplomatica*, Bd. 1, 36, Nr. 33, der die Urkunde „*ex chartulario Murbacensi*“ mitteilt.

^aGrandidier liest statt: *tam in Alamannia* usw. *in Alamannia, tam in villa que dicitur Cachinga super Danubium fluvium, quam in villa que* usw.

¹Göggingen, Krauchenwies, SIG.

²Sotzenhausen, Blaubeuren, UL.

³Ober- und Untergriesingen, Griesingen, UL.

Überlieferung und Publikationen

Editionen:

Nach Schöpflin Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, S. 33, Nr. 27 (Auszug). Grandidier: Histoire d'Alsace, S. 27, tit. 46.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Murbach

Ortsindex:

Göggingen Wohnplatz (21130)

Göggingen, Krauchenwies, SIG

Murbach, Dep. Haut-Rhin, Frankreich

Obergriesingen Aufgegangen (33791)

Obergriesingen, aufgeg. in Griesingen UL

Sotzenhausen Wohnplatz (16731)

Sotzenhausen, Blaubeuren, UL

Untergriesingen Aufgegangen (33792)

Untergriesingen, aufgeg. in Griesingen UL